

## Band I., Nr. 37, Seite 39

*Cozbert übergibt sein erworbenes Besitztum in der Bertholdsbaar im Orte Priari mit allen Zugehörungen, insbesondere mit genannten Leibeignen, an das Kloster St. Gallen.*

Sulz, 790. Januar 24.

(Ch.) In dei nomine. Perpetrandum est unicuique quod evangelica vox admonet dicens: date et dabitur vobis. Igitur ego Cozbertus trado ad monasterium sancti Galli pro anime mee remedium omne conquesitum meum. Et hoc est quod dono in Peratholtipara in villa, que dicitur Priari<sup>1</sup>, id est, casa cum casale uno, cum omnibus utensilibus eorum, domibus, edificiis, mancipiis, iis nominibus: Uuintarbal cum uxore sua Baldila et infantes eorum, Uuillirih cum uxore sua Lantheida, campis, silvis, pratis, pascuis, pomiferis, ortiferis, pecuniis, viis, aquis aquarumque decursibus, mobile et immobile, cultis et incultis, cum omnibus utilitatibus, quam in ipsam supradictam marcam et ad ipsam supradictam rem legitime pertinet. Hec omnia et ex integro trado in dominium ad monasterium sancti Galli, vel eius rectore Uuerdone abbate. In ea vero ratione, ut in beneficio eorum circa me curam abeant, et illas res possedeant, liberam ac firmissimam in omnibus abeant potestatem faciendi absque ulla contradictione, stibulacione subnexa. Actum in Sulza villa, puplici, presentibus, quorum hic signacula contenenuntur. Signum + Cozberto, qui hanc traditionem fieri rogavit. + Geraldo comite. + Uuitigauuuu teste. + Amalberto teste. + Eburhardo teste. + Ecchiardo teste. + Erinperto<sup>a</sup> teste. + Pald teste. + Hieril teste. Ego enim Ratinh bresbyter rogitus, anno XVIII. regnante Carolo rege Franghorum scripsi et subscripsi<sup>b</sup>. Notavi die dominica<sup>2</sup> VIII. Kalendas Februarii, sub Geraldo comite.

<sup>a</sup>Oder *Ermperto*.

<sup>b</sup>Die Worte *scripsi* und *subscripsi* mit dem Rekognitionszeichen verbunden.

<sup>1</sup>Mit Rücksicht auf den Namen, die Lage in der Bertholdsbaar und in dem Sprengel des Grafen Gerold, wie auch auf den Ausstellungsort der Urkunde vermutet Lichtschlag in Mitteilungen des Vereins für Geschichte und Altertumskunde Hohenzollern 1 (1867/68) - 63 (1932) (1877/78), S. 21 wohl richtig unter Priari das heutige Priorberg. Für die Zustimmung zu dieser Deutung vgl. MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 353, Anm. 124.

<sup>2</sup>Das 18. Regierungsjahr Karls, vom 1. Oktober 768 an gerechnet, fällt ins Jahr 786. Auf einen Sonntag fällt der 24. Januar im Jahr 790.



Der Textabdruck folgt dem Original.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Stiftsarchiv St. Gallen

**Signatur/Titel des Originals:**

Urk. St. Gallen I. 89

**Editionen:**

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 69. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 108 (Auszug). UB St. Gallen, Bd. 1, Nr. 124, S. 116 f.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Sulz

**Ortsindex:**

Bertholdsbaar

Priorberg Wohnplatz (7503)

Priorberg, Horb am Neckar, FDS

St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz

Sulz am Neckar Wohnplatz (12745)

Sulz am Neckar, RW